

1735.

1. Brokes, Henricus: De Pompeio Historiae Romanae
ignori.
- 2^a = Brokes, Henricus: De praematura apprehensione fandi
morte possessoris nondum probata 2 Templ.
3. Cellius, Christoph Lud: Omnium culpa in negotiationum
gestorum iudicio praestari reputabit
- 4^a = Cellius, Christoph Lud: Servitatem alius tollendi in
usurpatione libertatis consistere . . . reputabit
- 5^a = Cellius, Christoph Ludovic: De constantia et periculo
pignoris 2 Templ.
Hilfmann,
6. ~~Friedmann~~, Gottl. Friedmann: De iure naturae
suo potius ingenii angelorum huc est de officiis
angelorum ex eorum ingenio resultantibus
7. Hedlerus, Dr. Christianus: De literarum humaniorum
Graecae Latinaeque Linguae cognitione
- 8^a = Kraus, Dimeus Godtfridus, Ord. Feb. . . De eorum
lectura 3. p. 1. (et reputationem solennem Georgii
Tridavii Schraevii in Fest.)

10^{a. b.}

Krauss, Jo Godfridus: Patrum ex factis filiis
oblegatum . . . exponet 2 Bunde.

11. Krause, Johann Gottlob: Untersuchung des Werkes
Majestät & im Schwebischen Landrechte.

12. Legierus Augustinus: Ord. jurid. . . Prodecum:
lecturi salutem (et Disputationum externarum
Friderici Alberti Menckeni instat)

13^{a. b.} Legierus Augustinus: de consuetudinibus
3 Bunde. 14^{a. b.} Legierus - Junther
14^{b.} Legierus - Laurentius

14. Legierus, Johann Prudent: De injuriis abliquis.

15. Legierus Augustinus: Pietatem ac justitiam
remediorum contra injurias . . . habet.

16. Legierus Augustinus: De stellionata.

17. Legierus Augustinus: Beneficium competentiae
quomodo substitui competit . . . publicis
dispositis:

18. Meuschenius, Godefridus Ludovici: De praescriptione
immemoriali hominum licet memoria deficiente
per documenta didenda.

19. Stornius, Gualterus: Dissertatio juridica, quae de spurio
herede instituto querelam inofficiosi testamenti
fratri exclusi non procreante.

20. Stornius, Gualterus: Dissertatio juridica, qua Fortinianus
in definitio juris naturalis et distinguendi iustus -

~~summus artifex: ...~~
~~21. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~22. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~23. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~24. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~25. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~26. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~27. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~28. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~29. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~30. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~31. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~32. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~33. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~34. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~35. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~36. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~37. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~38. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~39. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~40. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~41. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~42. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~43. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~44. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~45. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~46. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~47. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~48. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~49. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~50. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~51. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~52. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~53. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~54. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~55. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~56. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~57. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~58. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~59. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~60. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~61. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~62. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~63. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~64. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~65. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~66. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~67. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~68. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~69. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~70. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~71. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~72. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~73. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~74. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~75. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~76. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~77. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~78. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~79. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~80. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~81. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~82. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~83. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~84. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~85. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~86. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~87. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~88. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~89. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~90. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~91. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~92. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~93. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~94. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~95. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~96. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~97. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~98. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~99. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~
~~100. Stornius, Gualterus: De herede spurio et de herede instituto~~

siue praesens pecuniariae vel non Feld. Büßten.

23. Wenker, Fr. Fessler: Decus posteriorum juridicorum
I.

24. Wenker, Fr. Fessler: De temperamentis iure contrahentium
2 Exempl.

25. Wenker, Fr. Fessler: De simultaneis inheritance
in fundam. successionem

[Faint, illegible handwriting on aged paper]

26



11

1733 800

ORDINIS ICTORVM
 IN
 ACADEMIA VITTEMBERGENSI
 DECANVS
 IOANNES
 GODOFREDVS
 KRAVS, D.

DIGESTI INFORTIATI ET NOVI P. P. CVRIAE
 PROVINC. SCABINATVS ET FACVLTAT. IVRID.
 VITTEMBERGENSIS, IVDICII ITIDEM PRO-
 VINCIALIS IN INFERIORI LVSATIA
 ASSESSOR
 LECTORI
 S. P. D.



ORDINIS ICTORVM
ACADEMIA VITTEMBERGENSI
DECANVS
IOANNES
GODOFREDOVS
KRAVS. D.

DIGESTI TERTIUM ET NONA P. CURIAE
PROVINCIAE SACHSIAE ET ELECTORATUS
VITTEMBERGENSIS IUDICII LIBER
VITTEMBERGENSIS IUDICII LIBER





Personam parentum omnium populorum institutis liberis sanctam iudicatam, conseruatamque fuisse, historicorum monumenta abunde testantur. Hinc, monente PVFFENDORFFIO *de Iure Naturali et Gentium Lib. VI. Cap. 2. §. 10.* apud Chineses, si cui parentes moriebantur, statim, quod in aua gerebat munus ad militiam haud spectans per integrum triennium abdicare, domumque proficisci, ac per totum istud tempus parentes suos demortuos lugere iuebatur. Iudaeorum quoque superstitio, testante CONSTANTINO L' EMPEREVR *in Babackama Cap. VIII. §. 3.* in tantum se extendebat, ut metu inducti, ne filius sanguinem paternum effunderet, prohiberent filium patri uenam secare, spinam educere, aut ulcus aperire. Durissimam e contra liberorum conditionem ob potestatem, quam patri praepriis uindicabant, fuisse, uel exinde constat, quod ipso Iure Romano, cuius tamen aequitas reliquorum Iuribus a plerisque praefertur, liberorum status si non durior, certe non multo tolerabilior quam ipsorummet seruorum conditio fuerit, E Romuli enim instituto, quemadmodum hoc ita refert DIONYSIVS HALICARNAS. *Lib. VIII. Cap. 91. et Lib. II. Cap. 28.* patribus penes Romanos omne, quod lubuit in bonis liberorum eorumque corporibus permittebatur, poterant hinc liberos in carceres de-

trudere, flagris caedere, uinctos ablegare ad operas rusticas, tandemque necare, erat haec patrum potestas perpetua, durabatque per omnem patris uitam, nec quisquam liberorum uiuo et inuito parente sui iuris fiebat, etiamsi tractaret rempublicam, magistratus gereret, summamque studii erga patriam laudem esset demeritus, neque mutata reipublicae forma rigor hic mutabatur, Decemuiui enim introducto statu populari Tabulae quartae Legum XII. Tabularum teste IACOBO GÖTHOFREDO sequentia inferebant: *Endo liberis iustis ius uitae, necis, uenundandique potestas ei esto, itno durissimam liberorum conditionem quondam inter Germanos obtinuisse ex Cap. CVII. SPECVLI SVEVICI patet, ibi wie ein Mann sein Kind verkaufft durch ehafft Noth, das ihur er wohl mit Rechr, er soll es aber nicht verkauffen, daß man es iber in das Hur-Haus, er mag es einem Herrn wohl zu eigen geben.* Rigidi huius iuris causas cum ARISTOTELE in Imperio quodam regio ex generatione ac iure familiae descendente ponunt, concedit enim STAGIRITES Patrifamilias Imperium in uxorem πολιτικόν, in seruos δεσποτικόν et in liberos βασιλικόν, ita ut ui huius imperii et libertas et bonorum proprietas dominanti sit obnoxia, addunt quoque, hanc potestatem nec iuri diuino repugnare, sed potius optime cum eo conuenire. Prouocant hunc ad textum DEVT. XXI. v. 18. quo haec constituta leguntur: *si fuerit uiro filius declinans et rebellis, non obediens uoci patris sui et uoci matris suae, et corripuerint eum, et non audierit eos, apprehendent eum pater eius et mater eius, et educent eum ad seniores ciuitatis eius, et ad portam loci eius, et dicent ad seniores, filius noster declinans et rebellis, non obediens uoci nostrae, epulo et potator, et obruent eum omnes homines ciuitatis eius lapidibus et morietur.* Adducunt simul exemplum Abrahami, qui non solum filium suum Isaacum enecare intendit, sed et Ismaelem domo eiecit, allegant denique exemplum Iephthae, qui priuato suo imperio condemnauit filiam ad ultimum supplicium. At enim uero ex hisce rationibus duritiem patriae potestatis, sicuti olim obtinuit.

tinuit, minime defendi posse, vel exinde pater, quod regiam
 atque dominicum Imperium ita differant, ut quidem in herili
 tam libertas, quam bonorum proprietas, Dominanti sit obnoxia,
 non aequae in Regio, quo utraque priuatis salua esse debent,
 id quod tamen a ueteribus romanis in tantum est neglectum,
 ut nec rerum Dominium, nec libertas corporum liberis fuerit
 relicta, longe melior est *CELSE* Philosophia in *L. 5. ff. ad Legem
 Pompei. de parricidiis*, qui optime monet, patriam potestatem
 in pietate i. e. moderatione, non in atrocitate consistere debe-
 re. Multo minus rigorem pristinae patriae potestatis defen-
 dere licet ex iure diuino reuelato, quod enim textum *DEUT.*
XXI. attinet, tantum abest, ut exinde parentum ius uitae et ne-
 cis cum aliis perquam rigidis effectibus defendi possit, ut po-
 tius liberorum immorigerorum coercitio sub poena capitali
 Magistratui, et locum eius tenentibus data ac permissa sit. Neque
 etiam exempla adducta hoc probant, quemadmodum enim
 non exemplis, sed legibus iudicandum est, ita quod Abrahami
 factum attinet, illud mandatum Dei, qui eius fiduciam in pro-
 missionem diuinam factam probare tantummodo uoluit, pro-
 fe habebat, nec executioni demandatum est, Iepthae autem
 factum nullibi in sacris literis approbatum legitur, potius diui-
 na prohibitio de non occidendo generalis est. Mirari hinc mi-
 nime debet, quod subsequenter temporibus haec rigida pa-
 trum potestas emendata ac restricta fuerit, id quod primum a
 diuo *TRAIANO* factum est, quippe qui filium, quem pater ma-
 le contra pietatem affecerat, emancipare iussit, nec eo defun-
 cto patri bonorum possessionem concessit *L. ult. ff. si a parente
 quis manum: sit.* Huius exemplum sequebatur *ADRIANVS*,
 qui eum, qui filium suum ob adulterii suspicionem occiderat,
 in insulam deportari iussit *L. 5. ff. ad Leg. Pompeianam de parricid.*
 et licet mos sensim inualere coeperit, filios grauius delinquen-
 tes offerendi Magistratibus ut iuxta sententiam a parentibus
 praescriptam eos punirent *L. 13. §. ult. ff. de re militari L. 3. C. de
 patria potest:* hic tamen successu temporis quoque exoleuit,

et iudicis arbitrio ipsa rei decisio relicta est, quemadmodum hoc probat Constitutio VALENTINIANI in *L. unic. C. de emendat propinqu.* neque id quidem parentibus relictum est, ut filios immorigeros amplius abdicarent *L. 6. C. de patria potest.* Nihil itaque aliud hodie patri ui patriae potestatis remanfit, quam ut ui dominii in liberos competentis, eos remediis et possessoriis *L. 1. §. 1. ff. de Lib. exhibend.* et petitoriis *L. 14. §. 13. ff. de furt. §. 9. I. de obligat, quae ex delict.* perfequi, eorumque actiones dirigere possit, hinc pater liberos delinquentes modice castigare *L. unic. C. de emendat. propinquorum Tutorem iis dare §. 3. I. de tutel. et pupillariter ipsis substituere ipsis ualet L. 2. ff. de uulg. et pup. subst. denegatur etiam adhuc hodie liberis facultas testandi L. 6. ff. qui testam. facere poss. sine patris consensu nuptias ineundi L. 12. C. de nupt. pr. Inst. eod. itemque mutuan pecuniam accipiendi L. 1. ff. de SCro Macedon. et cum denique patri per liberos iuxta distinctionem peculiariorum adhuc acquiratur, hinc in casibus, quibus bona ad patrem spectant, pater et liberi habentur pro una persona *L. fin. C. de impub. et aliis substir. §. 4. Instir. de inuul. stipular.* nulla inter illos obligatio contrahitur *d. §. 4. nec lis est, L. 4. et u. ff. de iudic. sine patris approbatione in iudicio stare nequeunt L. 9. et 13. ff. de Oblig. et Act. L. 18. §. 1. et L. 57. ff. de iudic. patri demortuo sunt sui heredes §. 2. I. de hered. qualir. et differ. et qui sunt alii eius generis effectus.**

Sed nolo de hoc argumento plura in medium proferre, occasionem enim ad id pertractandum dedit mihi uir nobilissimus ac consultissimus DN. GEORGIUS FRIDERICVS SCHROEERVS, Filius Theologi de Ecclesia ac Academia nostra optime meriti, qui Doctoris honores ab ordine nostro accepturus, de Patre ex facto filii obligato disputare constituit, Vitae eius studiorumque rationes pluribus ut adducam eo minus necesse est, cum ipse fata sua breuiter ac eleganter descripserit, quam descriptionem, sicuti eam accepi, hic inseram:

Ego,

Ego, GEORGIUS FRIDERICVS SCHROEE-
 RVS, natus sum Virembergae, Mense Martio, Ao.
 1713 cc 1, Patre GEORGIO FRIDERICO
 SCHROEERO, tunc temporis in Alma hac Logices et
 Metaphysices Professore, iam uero SS. Theologiae Doctore et
 Professore Publico, Matre RAHEL ELISABETHA,
 HIERONYMI GODOFREDI BEHRISCHII,
 Ictri et Ciuitatis Dresdensis Syndici, filia, qua tamen matre,
 uix quatuordecim dierum infans, orbatus sum. Patris cura
 et ductu, a pueris, ad literas animum aduerti, atque Prae-
 ceptores ad eam rem habui priuatos, quorum operam grata
 mente persequor. Tandem ubi ad eam aetatem literarumque
 cognitionem perueni, quae ad altiores doctrinas aditum pate-
 facit, Humanitatis Doctorem IO. GVIL. BERGERVM de
 fontibus eloquentiae differentem, nec non Liuii in dicendo
 pondus, in historia fidem, ac in exprimendis personarum cha-
 racteribus decus expendentem, sedulo frequentavi. In Logicis
 et Metaphysicis Patrem meum auctorem habui. Cognitione
 rei Poeticae a STRVNZIO, Matheos a WEIDLERO,
 Physices a LOESCHERO, Historiae a IANO, pa-
 riter atque Historiographo Regio IO. GVIL. BER-
 GERO et SPENERO, Viris in omni doctrinarum genere
 summis, imbutus sum. In Theologia tam Thetica quam Po-
 lemica, cui per triennium operas nauaui, Parentis mei insti-
 tutione usus sum. Animum postea ad Iurisprudentiam appli-
 cui, et quidem naturae et gentium principia ab HASSENIO,
 Iuris Civilis sancita a LIB. BAR. DE WERNHER, BASTI-
 NELLERO, MENCKENIO, KRAVSIO, et BRENDELIO,
 Iuris Canonici decreta a LIB. BAR. DE WERNHER, Iuris
 Feudalis Consuetudines a SPENERO Iuris Publici arcana
 a BERGERO et SPENERO, Viris laude mea longe maiori-
 bus, accepi. His doctrinis absolutis Anno 1713 cc xxv.
 Edicto ut REGIO, quod Praeaeos Candidatis certa Specimina
 describit, satisfacerem, Examen coram inchoyto Ictorum Ordine

me subii, ab eoque cum dignis iudicarer, cui res in foro perorandae committerentur, in Summa Cancellaria Electorali Ao. c13 10 cc xxvi. specimen edidi, atque ad Praxin, uti mos fert loquendi, admissus sum. Cum autem religiose semper cogirrim, quanti res sit momenti, fortunae aliorum defensionem suscipere, et quam saepissime isti nutent, qui proprio Marte, quam sibi compararunt doctrinam, ad usum deducere conantur, nec his in castris sine duce militare volui, Ao. c13 10 cc xxvi. Dresdam migraui, et ibi, quod publice depraedico, comitatem insignem Viri Iuris Consultissimi IOHANNIS GODOFREDI VOGELII, Causarum Patroni Inchyristimi, qui iam POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET SAXONIAE ELECTORI a Consiliis Aulae et Iustitiae est, expertus, per aliquot annos in pulvere et acie forensi steteri. Huius ductu causas quam plurimas tam inferioribus in Iudiciis, quam coram Summo Prouocationum Senatu defendi, usque dum certamina proprio ausu susciperem. Qua in opera qualem me, cum summis Viris, cum aequalibus probauerim, modeste illorum iudicio relinquo.

Haec ille, nihil itaque restat, quam ut illustrissimos ac perillustres Comites, Barones, Patres Academiae, eiusdemque Fautores ac Amicos amplissimos, cum reliquis ciuibus generosis, nobilissimis ac ornatissimis, ad solennem conflictum futuro die Martis habendum, ea qua par est obseruantia ac cultu inuitem. sicuti uero non dubito, quin honorifica sua praesentia actum hunc disputatorium illustriorem sint reddituri, ita et me et totum nostrum ordinem, ad omnia officiorum genera promptissimos paratissimosque spondeo. P. P. Vittembergae Dominica XX. post Fest. Trinitat.

M DCC XXXIII.

VITTEMBERGAE
LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

WITTENBERG, (Diss.) 1733

ULB Halle

002 408 449


3



SB α

W. H. J. Schickelmeier + f







1733 80

ORDINIS ICTORVM
IN
ACADEMIA VITTEMBERGENSI
DECANVS
IOHANNES
GODOFREDVS
KRAVS, D.

CONFORTIATI ET NOVI P. P. CVRIAE
SCABINATVS ET FACVLTAT. IVRID.
VITTEMBERGENSIS, IVDICII ITIDEM PRO-
CIALIS IN INFERIORI LVSATIA
ASSESSOR

LECTORI

S. P. D.

